

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones CXXIII - Cod. Aug. perg. 47

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Incipiunt sermones [...] secundum Iohannem

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

INCIPIVNT SERMO NES S^CI AVG IN EVANG SECUND^O IOHANN^E

AB EO QUO SCRIPTUM EST. IN PRINCIPIO ERAT VERB^U
USQ; AD IO QUO N^O TENEBR^E C^UM N^O CONPREHENDERT

N 18 TUMENTES QUOD MODO AUDIIMUS EXLECTIONE
apostolica. quod animalis homo non percipit ea quae sunt
sp^S d^I. & cogitantes in hac praesenti turba caritatis uestrae
necesse esse ut multisint animales qui adhuc secundū carnem
iⁿspiciant. Mendumq; se possint ad spiritalem intellectū erigere.
-hesito uehementer quomodo ut d^Us dederit possim dicere, uel pro modulo
meo explicare quod lectū est ex euangelio. In principio erat uerbū & uerbū
erat apud d^Um & d^Us erat uerbum; hoc enim animalis homo non percipit.
Quid ergo fr^S silebimus hūc. quare ergo legitur si silebitur. Aut quare auditur
si non exponitur. sed ut quid exponitur si non intellegitur. Itaq; q^Um
rursus esse non dubito in numero uestro quosdam aquibus possit non solū
expositum capi. sed antequam exponatur intellegi. Non fraudabo eos qui
possunt capere, dum timeo superfluis esse auribus eorū qui non possunt
capere. Postremo adert misericordia d^I fortasse ut omnibus satis fiat &
capiat quisq; quod potest. Nam dicere ut est quis potest. Audeo dicere fr^S mei.
forsitan accipere iohannes dixit ut est. sed & ipse ut potuit. quia de d^O homo
dixit. & qui dem inspiratus adō, sed tamen homo. quia inspiratus dixit aliquid.
si non inspiratus esset. dixisset nihil; Quia uero homo inspiratus. non tantum
quod est dixit. sed quod potuit homo. dixit; Erat enim iste iohannes frater
carissimus. de illis montibus de quibus scriptum est. Suscipiant montes pacem
populo tuo. & colles iustitiam; Montes ex celsae animae sunt; colles paruulae
animae sunt; Sed ideo montes excipiunt pacem. ut colles excipere possint
iustitiam; Quae est iustitia quam colles excipiunt. fides. quia iustus ex fide
uiuit; Non autē acciperent minores animae fidem nisi maiores animae quae
montes dictae sunt. ab ipsa sapientia inlustrarentur ut possint paruulis traicere
quod possint paruuli capere. & uiuere ex fide colles. quia montes pacem suscipiunt.
quia & quilo quitur dicit quod potest. lib non auge in auge.

Ab ipsis montibus dictum est ecclesiae: Pax uobiscum, & ipsi montes pacem
 adnuntiando ecclesiae, non se diuiserunt aduersus eum a quo susceperunt pacem.
 - Ut ueraciter non ficte nuntiarent pacem, Sunt enim alii montes naufragosi,
 quo quisque nauem cum impulerit soluitur, facile est enim cum uidetur terra, aperi-
 clantibus quasi conari ad terram, sed aliquando uidetur terra in monte & saxa
 latent sub monte, & cum quisque conatur ad montem, incidit in saxa, & non ibi inue-
 nit portum sed plancum, Sic fuerunt quidam montes & magni apparuerunt inter
 homines, & fecerunt hereses & scismata, & diuiserunt ecclesiam dei, Sed isti qui diui-
 serunt ecclesiam diuiserunt illi montes de quibus dictum est, suscipiant montes
 pacem populo tuo, Quomodo enim pacem susceperunt, qui unitatem diuiserunt.
 Qui autem susceperunt pacem nuntiandam populo, contemplati sunt ipsam
 sapientiam quantum potuit humanis cordibus contingit, quod nec oculus uidit,
 nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, Si in cor hominis non ascendit,
 quomodo ascendit in cor iohannis, An non erat homo iohannes, An forte nec
 in cor iohannis ascendit, sed cor iohannis in illam ascendit, Quod enim ascendit
 in cor hominis, de imo est ad hominem, quo autem ascendit cor hominis, sursum
 est ab homine, Etiam sic fratres dici potest, quia si ascendit in cor iohannis, si
 aliquo modo potest dici, in tantum ascendit in cor iohannis, in quantum ipse iohannes
 non erat homo, quid est non erat homo, in quantum coeperat esse angelus, Quia
 omnes sancti angeli, quia adnuntiatores dei, Ideo carnalibus & animalibus non ualentibus
 percipere quae sunt dei, quid ait apostolus, Cum enim dicitis, ego sum paulus, ego apollo,
 nonne homines estis, quid eos uolebat facere, quibus exprobrabat quia homines erant,
 uultis nosse quid eos facere uolebat, quibus exprobrabat quia homines erant, uultis
 nosse quid eos facere uolebat, Audite in psalms, ego dixi, tu es deus & filii excelsi
 omnes, Ad hoc ergo nos uocat deus, ne simus homines, sed tunc melius non erimus
 homines, si prius nos esse homines agnoscamus, id est ut ad illam celsitudinem
 ab humilitate surgamus, nec uicium putamus nos aliquid esse cum nihil sumus,
 non solum non accipiamus quod non sumus, sed & amittamus quod sumus,
 Ergo fratres de his montibus & iohannes erat quid dixit, In principio erat uerbum &
 uerbum erat apud deum & deus erat uerbum, Susceperat pacem mons iste, contempla-
 batur diuinitatem uerbi, qualis iste mons erat, quam excelsus, transcendit om-
 nia cacumina terrarum, transcendit omnes campos aeris, transcendit omnes
 altitudines siderum, transcendit omnes choros & legiones angelorum, Hisi enim
 transcendit & ista omnia, non peruenit ad deum per quem facta sunt omnia,
 quae creata sunt,
 Non potestis cogitare quid transcendit, nisi uideritis quo peruenit,
 quae de caelo & terra facta sunt, quae de his quae sunt in caelo & terra, utiq;
 multo magis & ipsa facta sunt, Quae de spiritalibus creaturis, De angelis,

archangelis. sedibus. dominationibus. uirtutibus. principatibus. & ipsa facta sunt.
 Non cum enumerat & haec omnia psalmus. conclusit sic. Ipse dixit & facta sunt.
 ipse mandauit & creata sunt. Sic dixit & facta sunt. per uerbum facta sunt. Si autem
 per uerbum facta sunt. Non potuit iohannis cor peruenire ad id quod ait. In principio
 erat uerbum & uerbum erat apud dm & ds erat uerbum. Quasi transcendit & omnia
 quae sunt facta per uerbum. Quasi ergo iste mons. quam altus. quam scilicet. inter illos
 montes qui susceperunt pacem populo dñi. ut possent colles suscipere iustitiam.
 Uide ergo fr̄s. uel forte de ipsis montibus est iohannes. de quibus paulo ante
 cantauimus. Leuaui oculos meos in montes. unde ueniat auxiliū mihi. Ergo fr̄s mei
 si uultis intellegere. leuate oculos in istū montem. Id est erigite uos ad euangelistā.
 erigite uos ad eius sensum. Sed quia montes isti pacem suscipiunt. Non potest
 autem esse in pace. qui spem ponit in homine. Nolite sic erigere oculos in montem.
 ut putetis in homine spem uestram esse conlocandam. Sic sic dicite. Leuaui oculos
 meos ad montes. unde ueniat auxiliū mihi. At statim subiungatis. Auxiliū meum
 ad dño qui fecit caelum & terram. Ergo leuamus oculos in montes. unde ueniat auxiliū
 nobis. & tamen non ipsi montes sunt. in quibus spes nostra ponenda est. Accipi
 unt enim montes quod nobis ministrent. Ergo unde & montes accipiunt. ibi spes
 nostra ponenda est. Oculos nostros cum leuamus ad scripturas. quia per homines
 ministratae sunt scripturae. leuamus oculos nostros ad montes. unde auxiliū ueni
 & nobis. sed tamen quia ipsi homines qui scripserunt scripturas. non de se lucebant.
 Sed ille erat lumen uerum. qui inluminat omnem hominē uenientem in hunc mundū.
 Non erat & ille iohannes baptista qui dixit. Non sum ego xpi. **Et nequāquam** in
 monte. spem ponens. caderet ab illo qui montes inlustrat. & ipse confessus ait.
 Quia de plenitudine eius omnes accepimus. Ita debet dicere. Leuaui oculos meos in
 montes. unde ueniat auxiliū mihi. **Et tunc** auxiliū quod tibi uenit. montibus imputes.
 & sequaris & dicas. Auxiliū meū ad dño qui fecit caelum & terram. Ergo fratres
 ad hoc ista monuerim. ut quando erexistis cor ad scripturas. cum sonaret euangelium.
 In principio erat uerbum & uerbum erat apud dm & ds erat uerbum. & cetera
 quae electa sunt. intellegatis uos leuasse oculos ad montes. Hsi enim montes ista
 dicerent. unde omnino cogitaretis non inueniretis. Ergo ex montibus uenit
 uobis auxiliū. ut haec uel audiretis. sed nondum potestis intellegere quod audistis.
 In uocite auxiliū ad dño qui fecit caelū & terram. Quia montes sic potuerunt
 loqui. ut non possint ipsi inluminare. quia & ipsi inluminati sunt audiendo.
 Inde qui haec dixit. Accepit iohannes. ille fr̄s qui discumbebat super pectus dñi.
 & de pectore dñi bibebat quod nobis propinaret. sed propinauit uerba. Intellec
 tum autem inde debet capere. unde & ipse biberat qui tibi propinauit. ut leues
 oculos ad montes. unde ueniat tibi auxiliū. ut inde tamquam calicem

id est uerbū propinatum acciperes. & tamen quia auxilium tuum ad dñō qui fecit
 caelum & terrā. Inde impleres peccatis unde impleuit ille. unde dixisti. auxilium
 meum ad dñō qui fecit caelum & terram; Qui potest ergo implet fr̄. hoc dixi. leuā
 quisq. cor suum quomodo illud uidet idoneum, & capiat quod dicitur; Sed forte hoc
 dicēs. quia ego uobis sum praesentior quam dñs; Absit. Multo est ille praesentior.
 Nam ego oculis uestris appareo. ille conscientis uestris praesidet. Ad me aures.
 ad illum cor. ut utrumq. impleatis; Ecce oculos uestros & sensus istos corporis leuatis
 ad nos. nec ad nos. Non enim nos de illis montibus sed ad ipsum euangelium. ad ipsū
 euangelistam. cor autem implendum ad dñm; & unus quisq. sic leuā. ut uideat
 quid leuā & quo leuā; Quid dixi. quid leuā & quo leuā. quale cor leuat uideat. quia
 ad dñm leuat. Mesarcina uoluptatis carnalis praegratum antecadat quam fuerit
 subleuatum; Sed uidet se quisq. gestare onus carnis. dē operam per continentia.
 ut purget quod leuā ad dñm. Beati enim mundae corde. qñm ipsi dñm uidebunt;
 Nam ecce quid prodest quia sonuerunt uerba. In principio erat uerbū & uerbū
 erat apud dñm & dñs erat uerbum. & nos diximus uerba cum loqueremur. Numquid
 tale uerbū erat apud dñm. Nonne ea quae diximus sonuerunt. atq. transierunt.
 Ergo & uerbum dñi sonuit. & peractum est. quomodo omnia per ipsum facta
 sunt. & sine ipso factum est nihil. Quomodo per illud regitur quod per illud
 creatum est. si sonuit & transit. quale ergo uerbum. quod & dicitur & non transit.
 Intendat caritas uestra. magna res est; cotidie dicendo uerba uiluerunt nobis. —
 quia sonando uerba & transeundo uiluerunt. & nihil aliud uidentur quā uerba;
 Est uerbum & in ipso homine. quod manet intus. Nam sonus procedit ex ore;
 Est uerbum quod uere spiritaliter dicitur. illud quod intellegis de sono. Non ipse
 sonus; Ecce uerbum dico. cum dico dñs. Quam breue est quod dixi. Quattuor litteras.
 & syllabas duas. Numquid nam hoc totum est dñs. quattuor littere & syllabae duae.
 An quantū hoc uile est. tantū carum est quod in eis intellegitur. Quid factum est
 in corde tuo. cum audisses dñs. quid factum est in corde meo. cum dicerem dñs.
 Magna & summa quaedam substantia cogitata est. quae transcendat omnem
 mutabilem creaturam. carnalem & animale. & dicā tibi. Si mutabilis est. an in
 commutabilis. respondebis statim. Absit ego uel credam. uel sentia commutabile
 dñm. Incommutabilis est dñs. Animata quam uis parua. quam uis forte adhuc
 carnalis. Non mihi potuit respondere nisi incommutabilem dñm. Omnis autem
 creatura mutabilis. Quomodo potuisti ergo scintillare in illud quod est super
 omnem creaturam. ut certus mihi responderes incommutabilem dñm. Quid est
 ergo illud in corde tuo. quando cogitas quandam substantia uiuam. perp̄quam.
 omnipotentem. infinitam. ubiq. praesentem. ubiq. totam. & usquam inclusam.
 Quando ista cogitas. hoc est uerbum de dō in corde tuo; Numquid autem

hoc est sonus ille, qui quattuor litteris constat & duabus syllabis. Ergo quaecumque
 dicuntur & transeunt, sonus sunt, litterae sunt, syllabae sunt, hoc uerbum transit &
 sonat. quod autem significauit sonus, & incogitante est quid dixit, & in intellegen-
 te qui audit, manent haec transeuntibus sonis; Refer animum ad illud uerbum,
 Si tu potes habere uerbum in corde tuo tamquam consiliū natum in mente tua,
 ut mens tua pariat consilium, & insit consilium quasi proles mentis tuae, quasi
 filius cordis tui. Prius enim cor generat consilium, ut aliquam fabricam con-
 struas, aliquid amplum in terra moliaris, iam natum est consilium, & opus nondū
 implētum est; Uides tu quid faciturus es, sed alius non miratur nisi cum feceris,
 & construxeris molem & fabricam illam ad sculptionem perfectionemque, perdu-
 xeris, Adtendunt homines mirabilem fabricam, & mirantur consiliū fabricantis,
 stupent quod uident, & amant quod non uident, Quis est, qui potest uidere
 consilium? Si ergo ex magna aliqua fabrica laudatur humanum consilium,
 — Uis uidere quale consilium dī est. Dñs ih̄s x̄ps, id est uerbum dī, Adtende fabricā
 istam mundi uide quae sint facta per uerbum, & tunc cognoscis quale sit uerbum;
 Adtende haec duo mundi corpora, caelum & terram; Quis explicat uerbis orna-
 mentum caeli, quis explicat uerbis fecunditatem terrae, quis digne conlaudat
 temporum uices, quis digne conlaudat seminum uim, Uides quae taceam,
 ne diu commemorando parum dicam forte quam potestis cogitare, fabrica
 ergo ista animaduersa quale uerbum est per quod facta est, & non sola facta
 est; Omnia enim ista uidentur, quia pertinent ad sensum corporis, per illud
 uerbum & angeli facti sunt, per illud uerbum & archangeli facti sunt, potesta-
 tes, sedes, dominationes, principatus, per illud uerbum facti sunt omnia;
 Hinc cogitate quale uerbum est, Respondet mihi forte modo nescio quis, & quis
 hoc uerbum cogitat, Noli tibi ergo quasi uile aliquid ^{formare} facere cum audis uerbum,
 & conuocere uerba quae audis cotidie, Ille talia uerba dixit, talia uerba loquitur
 est, talia uerba mihi narras; Assidue enim dicendo nomina uerborum quasi
 uiluerunt uerba, & quando audis, In principio erat uerbum in e uile aliquid
 putastis, quale consueuisti cogitare cum uerba humana soles audire, audi quid
 cogites; Dī erat uerbum, exeat nunc nescio quis infidelis arrianus & dicat, quia
 uerbum dī factum est, Quomodo potest fieri ut uerbum dī factum sit, quando
 dī per uerbum fecit omnia, si & uerbum dī ipsū factum est per quod aliud uerbum
 factum est, si & uerbum ipsum factum est, si hoc dicis quia est uerbum uerbi per
 quod factum est illud, ipsum dico ego, unicum filium dī, Si autem non dicis uerbum
 uerbi, concede non factum per quod facta sunt omnia; Non enim per se ipsum
 fieri potuit, per quod facta sunt omnia; Crede ergo euangelistae, poterat enim
 dicere, In principio fecit dī uerbum, quomodo dixit moyses, In principio

fecit dñs caelum & terram, & omnia sic enumerat, Dixit dñs fiat, & factum est,
 Si dixit, quis dixit, utiq; dñs, & quid factum est, creatura aliqua inter dicentem
 dñm, & factam creaturam. Quid est per quod factum est, nisi uerbum. Quia dixit dñs,
 fiat & factum est, hoc uerbum incommutabile, quamuis mutabilia per uerbū fiant,
 ipsum incommutabile est. Noli ergo credere factum per quod facta sunt omnia,
 si non reficiaris per uerbum, per quod reficiuntur omnia. Jam enim factus es per
 uerbum, sed oportet te refici per uerbum. Si autem mala fuerit fides tua de uerbo,
 non poteris refici per uerbū, & si tibi contigit fieri per uerbum, ut per illud factus
 sis, per te deficias. Si per te deficias, ille te reficiat qui te fecit, si per te deficiat
 efficeris, ille te recreet qui te creauit. Quomodo autem te recreet per uerbum,
 simile aliquid sentias de uerbo; Euangelista dicit In principio erat uerbum, & tu
 dicis, in principio factum est uerbum. Ille Omnia per ipsum facta sunt dicit, & tu
 dicis, quia & ipsum uerbum factum est, poterat dicere euangelista In principio
 factum est uerbum, sed quid ait, In principio erat uerbum, si erat, non est factū
 ut ista omnia per ipsum fierent, & sine ipso nihil, Si ergo erat in principio uerbum,
 & uerbum erat apud dñm, & dñs erat uerbum, si non potes cogitare quid sit, differ
 ut crescas. Ille cibus est, accipe lac ut nutriaris, ut sis ualidus ad capiendū cibum,
SANE FRATRES QUOD SEQUITUR. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum
 est nihil. Videte ne sic cogitatis, quia nihil aliquid est. Solent enim multi
 male intelligentes, sine ipso factum est nihil, putare aliquid esse nihil, peccatū
 quidem non per ipsum factum est, & manifestum est quia peccatum nihil est,
 & nihil fiunt homines cum peccant, & idolum non per uerbum factum est,
 habet quidem formam quandam humanam, sed ipse homo per uerbum factus est,
 nam forma hominis in idolo non per uerbum facta est, & scriptum est, scimus quia
 nihil est idolum. Ergo ista non sunt facta per uerbum, sed quaecumq; facta sunt
 naturaliter, quaecumq; sunt increaturis, omnia omnino quae fixa in caelo sunt,
 quae fulgent de super, quae uolitant sub caelo, & quae mouentur uniuersa natura
 rerum, omnis omnino creatura, dicam planius, dicam fratres ut intellegatis, ab
 angelo usq; ad uermiculum, Quid praeclarior angelo increaturis, quid exterius
 uermiculo increaturis, per quem factus est angelus, per ipsum factus est & uer
 miculus, sed angelus dignus caelo, uermiculus terre, Qui creauit, ipse disposuit,
 Si poneret uermiculum in caelo, reprehenderet, Si uellet angelos nasci de putres
 centibus carnibus, reprehenderet, Et tamen prope hoc facit dñs, & non est repre
 hendendus, Nam omnes homines de carne nascentes, quid sunt nisi uermes,
 & de uermibus angelos facit, Si enim ipse dñs dicit, Ego sum uermes & non homo,
 quis dubitat hoc dicere quod scriptum est & in iob, quanto magis homo putreda
 & filius hominis uermis, primo dixit homo putredo, & postea filius hominis.

uermis. quia uermis de putredine nascitur. Ideo homo putredo. & filius hominis uermis. Ecce quid fieri uoluit ~~pro~~ illud quod in principio erat uerbum. & uerbum erat apud dm & dñs erat uerbum. Quare hoc factum est propter te. ut sugeret qui manducare non poterat; Omnino ergo fratres sic accipite; Omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factum est nihil. Uniuersa enim creatura per ipsum facta est. maior. minor. per ipsum facta sunt supra. infera. spiritalis. corporalis. per ipsum facta sunt. Nulla enim forma. nulla conpages. nulla concordia partiu. nulla qualiscumq. substantia quae potest habere pondus. numeru. mensuram. nisi per illud uerbum & ab illo uero creatore cui dictum est. Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti; Nemo ergo uos fallat. quando ^{for te} taedium patimini admuscas; & enim aliqui derisi sunt a diabolo & admuscas capti sunt; solent enim aucupes ponere in muscipula muscas. ut esurientes aues decipiant; sic & isti admuscas a diabolo decepti sunt. Nam nescio quis taedium patiebatur admuscas; Inuenit illum manicheus taedio adfectum. & cum diceret se non posse pati muscas & odisse illas uehementer. statim ille. Quis fecit has? & quia taedio adfectus erat & odere illas non ausus est dicere dñs illas fecit. Erat autem catholicus. Ille statim subiecit. si dñs illas non fecit. quis illas fecit? plane ait ille. Ego credo quia diabolus fecit muscas. & ille statim. Si muscam diabolus fecit sicut te uideo confiteri. quia prudenter intellegis. Apem quis fecit qui paulo amplior est musca. non ausus est ille dicere quia dñs apem fecit & muscam non fecit. quia res erat proxima. Ab ape duxit ad lacustam. a lacusta duxit ad lacertam. a lacerto ad auem. Ab aue duxit ad pecus. inde ad bouem. inde ad elefantum. postremo ad hominem. & per suase homini quia non ad factus est homo. Ita ille miser cum taediu passus est admuscas. musca factus est. que diabolus possideret. Belzebub quippe inter praedari dicitur princeps muscaru. De quibus scriptum est. Muscae morituae exterminant oleu suauitatis. Quid igitur fratres. quare ista dixi. Claudite aures cordis uestri aduersus dolos inimici. Intellegite quid dñs fecit omnia. & in suis gradibus conlocauit. Quare autem patimur multa mala a creatura quam fecit dñs. quia offendimus dm. Numquid haec angeli patiuntur. fortassis & nos inuita ista illa non timeamus; De poenatu peccatu tuu accusa. non iudicem. Nam propter superbiam instituit dñs. ut ista creatura minima & abiectissima ipsa nos torqueret. Ut cum superbus fuerit homo & se iactauerit aduersus dm. & cum sit mortalis mortalem terruerit. & cum sit homo proximu hominem non agnouerit. Cum se erexerit. pulicibus subdatur. Quid est quod te inflat humana superbia. homo tibi dixit conuiciu. & tuius es. pulicibus resiste ut dormias; Cognosce quis sis. Nam ut noueritis fratres propter superbiam nrām domandam creata ista quae molesta uobis essent. Populu pharaonis superbu potuit dñs domare de uersis. de leonibus. de serpentibus. muscas & ranas illis inmisit.

ut rebus uilissimis superbia domaretur. Omnia ergo fr̄s, omnino omnia per
 ipsum facta sunt. & sine ipso factum est nihil. Sed quomodo per illū facta sunt
 omnia? Quod factum est in illo uita est. Potest enim sic dici, quod factum
 est in illo, uita est. Ergo totū uita est. si sic pronuntiauerimus. Quid enim non in
 illo factum est? Ipse est enim sapientia dī. & dicitur in psalmo. Omnia in sapien-
 tia fecisti. Si ergo xp̄s est sapientia dī. & psalmus dicit. Omnia in sapientia fecisti.
 Omnia sicut per illum facta. ita in illo facta sunt. Si ergo omnia in illo fr̄s km̄.
 & quod in illo factum est, uita est. ergo & terra uita est. ergo & lignū uita est.
 Dicimus quidem lignū uitam. sed secundum intellectum ligni crucis unde
 accepimus uitam. ergo & lapis uita est. In honestum est sic intellegere. ne rursus
 nobis subrepat eadem sordidissima secta manicheorū & dicat. quia habet uitam
 lapis. & habet animam paries. & resticula habet animam. & lana & uestis. Solent
 enim delirantes dicere. & cum repressi fuerint & repulsi quasi descripturis pro-
 ferunt dicentes. Quid dicitū est. quod factum est in illo, uita est. Si enim omnia
 in ipso facta sunt. omnia uita sunt. Horte inducant. pronuntia sic. Quod factum est.
 hic subdistingue. & de inde infer. in illo uita est. Quid est hoc. facta est terra.
 sed ipsa terra quae facta est non est uita. Est autem in ipsa sapientia spiritalit̄
 ratio quaedam quae terra facta est. haec uita est. Quomodo dicam caritati uestre.
 faber facit arcam. primo in arte habet arcam. si enim arcam in arte non haberet.
 unde illam fabricando proferr̄. Sed arca sic est in arte. ut non ipsa arca sit
 quae uidetur oculis. In arte inuisibiliter est. in opere uisibiliter erit. Ecce facta est
 in opere. numquid desinit esse in arte. & illa in opere facta est. & illa manet
 quae in arte est. Nam potest illa arca putrescere. & iterum ex illa quae in arte
 est alia fabricari. Adtendite ergo arcam in arte. & arcam in opere. Arca in opere
 non est uita. arca in arte uita est. Quia uiuit anima artificis. Ubi sunt ista omnia
 antequam proferantur. Sic ergo fratres carissimi. quia sapientia dī perquam
 facta sunt omnia. secundum artem continent omnia antequam fabricet omnia
 quae hic sunt per ipsam artem non continuo uita sunt. sed quicquid factum est.
 uita est in illo. Terram uides. est in arte terra. Caelum uides. est in arte caelum.
 Solem & lunam uides. sunt & ista in arte. sed foris corpora sunt. in arte uita sunt.
 Uide si quomodo potestis. Magna enim res dicta est. & si non a me magno.
 aut non per me magnū. tamen a magno. Non enim a me paruulo dicta sunt haec.
 sed ille non est paruulus ad quem respicio. ut dicam. Capiat quisq. ut potest in
 quantum potest. & qui non potest. nutriat cor. ut possit. Unde nutriat & delicta
 nutriat. ut ad cibum perueniat. A xp̄o per carnem nato non secedat. donec
 perueniat ad xp̄m ab uno patre natum uerbum dī apud dī. per quod sunt omnia.
 quia illa uita est quae in illo est lux hominū. hoc enim sequitur.

Lege Synpulen-
 sem sup huius
 locum.

Et uita erat lux hominum. & ex ipsa uita homines inluminantur. Pecora non inluminantur. quia pecora non habent rationales mentes quae possint uidere sapientiam. Homo autem factus ad imaginem dñi. habet rationalem mentem per quam possit percipere sapientiam. Ergo illa uita per quam facta sunt omnia. ipsa uita lux est. & non quorumq. animalium. sed lux hominum. Unde paulo post dicit. Erat lumen uerum. quod inluminat omnem hominem uenientē in hunc mundum. Ab illo lumine inluminatus est iohannes baposta. ab illo & ipse iohannes euangelista. Ex ipso lumine plenus erat quid dixit. Non sum ego xps. sed qui post me uenit. cuius non sum ego dignus corrigiam calcamenti soluerē. Ab ipso lumine inluminatus erat quid dixit. In principio erat uerbum & uerbum erat apud dñm & dñs erat uerbum. Ergo illa uita lux est hominum. sed forte adhuc stulta corda capere istam lucem non possunt. quia peccatis suis ad grauantur ut eam uidere non possint. Non ideo cogitent quasi absentem esse lucem. quia eam uidere non possunt. Ipsi enim propter peccata tenebrae sunt.

Et lux lucet in tenebris. & tenebrae eam non comprehenderunt. Ergo fratres quomodo homo positus in sole caecus. praesens est illi sol. sed ipse soli absens est. sic omnis stultus. omnis iniquus. omnis impius caecus est corde. praesens est sapientia. sed cum caeco praesens est. oculis eius absens est. non quia ipsa illi absens est. sed quia ab ipsa ipse absens est. Quid ergo faciat iste. Mundus unde possit uideri dñs. quomodo si propterea uidere non possit quia sordidos & saucios oculos habet & inruente puluere uel pituita uel fumo. dicit & illi medicus. Purga de oculo tuo quicquid mali est. ut possis uidere lucem oculorum tuorum. puluis. pituita. fumus. peccata & iniquitates sunt. Tolle inde ista omnia. & uidebis sapientiam quae praesens est. quia dñs est ipsa sapientia. & dictū est. Beati mundo corde. qm̄ ipsi dñm uidebunt. **EXPLICIT TRACT. I. INCIPIT. II.**

AB EO QUOD SCRIPTUM EST. FUIT HOMO MISSUS AD DUM CUI NOME ERAT IOHANNES. USQ. AD PLENUM GRATIA ET UERITATE.

A K II
V S Q. VI

Bonum est fr̄s. ut textum diuinarum scripturarum & maxime sc̄i euangeli nullum locum praetermittentes per tractemus ut possumus. & pro nostra capacitate pascamur. & ministremus uobis unde & nos pascimur. Capitulum primum praeterito die dominico tractatum esse meminimus. id est in principio erat uerbum & uerbum erat apud dñm & dñs erat uerbum. hoc erat in principio apud dñm. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. quod factum est in illo uita est. & uita erat lux hominum. & lux in tenebris lucet & tenebrae eam non comprehenderunt. Huc usq. tractatum esse credo. Recordamini omnes qui adfuitis. & qui non adfuitis credite nobis. & his qui ad esse uoluerunt. Nunc ergo quia non possumus semper omnia replicare propter eos qui hoc uolunt audire quod dicit.